

Libicen tum forte Daurus in familia eius erat. ex quo na-
tum puerum credidere: qui mox ubi detectum flagitium intellexit
saluti sue fuga consuluit. Mortuo Jacobo. Rainaldus Ur-
sinus patri vir ingenio. et rei militaris peritus in eius locum suffe-
ctus est. non suo iure. sed coniugis que Jacobi filia fuisset.
Hunc Alfonsus cum in Tuscia Florentinorum bello destine-
retur: fauentem hostibus reperit. Qua propter Castris Plu-
bino admotus: eum intra moenia clausum terra marique su-
mis viribus oppugnavit. Sed non minori virtute ipse ab in-
teriore parte cives suos defendit. quam Regis miles ab exte-
riori muros invasit: pugnatum est diu acriter contentione: ita ut
multi utrinque ceciderint. Complures vulnerati in hostium
manus perenerint. In eo proelio multorum virtus enituit. In
quos duo Anthonij. Alter Furan: Alter Lodola ad mu-
ros pariter vadentes inter ceteros pugnare fortiter animi
aduersi sunt. Sed omnibus prelatus est Baleatus baldasinus
natione siculus: qui ter muri fastigio apprehensus qua prius
tormenta dissecerat conatus est oppidum irruere. ceterum
feruentis aque viueque calcis. que inter arma ingesta ubi ad
corpus penetrauerat per urebat artus vi deterritus grauique
saxi ictu. cum reuulsa aggeris parte deturbatus est: Fuit autem
Baleatus. statura que mediocrem excederet: robustis ac te-
reribus membris corporis magnitudini vires respondebant: lucta
iactu. saltuque nulli hominum cessit. membrorum robores par animus
erat. equo ac pede iuxta bellatorum acerrimus. armatura graui
armatus. galeatusque humi stans sinistra sellam. dextra hastam
equitrem tenens: strenuo saltu: grandi statura: equum insu-
liebat. Singularem certamine quater preliatus. bis in Italia.
bis in Gallia transalpina: totiens victor euasit. a tribus ho-
stium equitibus eo ipso Florentino bello petitus. unum ex
hinc gladii capulo seminecem equo decussit. alium citato e-
quo medium amplexus e sella extractum humistravit. Ter-
tium cubito grauius percussum in fugam vertit. Tanto